



CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

Jncipit liber vndecimus. De s[an]ctis duob[us] nepotibus christi
[secundu]m carnem confessoribus. Cap[itulum]. i.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

Incipit liber undecimus.

De sanctis duobus nepotibus christi
sui secundum carnem confessoribus. Cap. i.



Duo nepotes do-

mini saluatoris secundum carnem ex
linea collateralis: videlicet ex
eius carnali genere nepotes: in-

de: qui dicebatur frater domini
Quorum nomina eusebius silentio tegit: tem-
pore domitiani imperatoris sub secunda christi-
anorum persecutione apud iudeas florebant:
Cum autem domitianus iussisset per omni-
nes de genere david et stirpe regia descendentes: hi duo delati
sunt duplici invidia: videlicet quod ex david genere: et ipsius christi
propinquitate nati essent. Quos reuocatus quidam: qui in hoc
missus fuerat: perduxit ad domitianum. Nam et ipse de aduen-
tu christi sicut et alias herodes formidabat. Interrogati autem
cesare si essent ex familia david confitentur. Interrogati qua-
tis essent facultatibus vel possessionibus predicti. Respondent:
quod utriusque non amplius esset in bonis nouem milibus denariis.
Ex quibus singulis pars media proportione debetur: nec hec
sibi in pecunia: sed in estimatione terre subsisterent: quam ha-
bebant in trigintanouem iugeribus constitutam: qua que suis
manibus colebant ad victum consequendum et tributum
persoluendum. In cuius testimonium manus labore rigidas:
et callis obduras proferebant. Interrogati de christo: quale
est regnum eius: vel quis ipse: aut unde: vel quando venturus.
Respondet: quod neque huius mundi regnum: neque huius terre ei
designetur imperium: sed celeste ei regnum per angelorum mi-
nistria in consumatione seculi preparatur: quando scilicet ve-
turus in gloria de viuis ac mortuis iudicabit. Domitianus au-
tem cum neque in eis quicquam criminis iueniret: et utilitatem eo-
rum ac verba maxime contemneret: abire eos libere iubet. Illi
vero dimissi vel martirii merito: vel tante propinquitatis pre-
rogatiua: pacis tempore duces ecclesie effecti usque ad traham tem-
poris permanserunt.

De sanctis romanis pontificibus et eorum
successione. Cap. ii.

